



NY. 59. 4.



Q. D. B. V

PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABVLI ^{græ} EXPLICATIONE
XVII

EXAMEN VERNVM

DEO IUVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. II. III. ET IV. APRIL

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. V. ET VI. EIVSD. MENSIS
MDCCLXXXI

HABENDVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI, FORMIS AHLIANIS

Ps. 22, 32: *Venient posteri, Jehouam colentes, annumerandi populo Domini, et indicabunt* יִרְרָצוּ *veritatem* siue *incorruptam fidem eius populo generando, ipsum omnia hic praedicta esse exsequuntur.* Vocabulum ipsum Chaldaeus ܡܝܪܩܘܨܐ in Bibl. Reg. ܡܝܪܩܘܨܐ Syrus ܡܝܪܩܘܨܐ et Aethiops ጠገር retinent. Graecus scripsit: *καὶ ἀναγγελεῖσιν τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῶν*, et *annuntiabunt veritatem eius populo.* Theodoretus certe *δικαιοσύνην* de *veritate* explicat: *οὐ περὶ ταύτης, Θεοῦ, λέγω τῆς γενεᾶς, καθ' ἣν ἐγὼ ὁ Δαυὶδ ταῦτα προαγορεύω, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐσομένης, καὶ τῆς τεχθησομένης λαῶν, ὃν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων συνεστήσατο Κύριος.* Ὁ μὲν ἔν ταῦτα προηγέρευσεν ἅπαντα. Ἐγὼ δὲ τὴν Ἰσραηλῶν ἐμβρονησίαν θρηνώ, ἵτι τοῖς θεοῖσι λόγοις διηνεκῶς ἐντογγράνοντες, τὴν ἐν τέτοις διαλάμπυσαν οὐ συνορώσω ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰς τὸν Δαυὶδ εἰρηθεῖαι τὸν ψαλμὸν ἀποφαίνονται, τῷ βαῶντος ἀκρόντες, ἀναγγελησεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἢ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελεῖσιν τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῶν κ. τ. λ.

Non de hac, inquit, loquor generatione, in qua ego David haec praedico, sed de futura et populo nascituro, quem ipse omnium condidit Dominus. Hic itaque haec praenuntiavit omnia. Ego vero Judaeorum suscitorem desleo, quod oracula diuina semper tractantes, ex iisdem perlucens non animadvertunt veritatem, sed de Dauide dictum esse Psalmum opinantur, quamuis eundem audiant clamantem, annuntiabitur se Domino generatio futura, atque indicabunt veritatem eius populo rel. Aquilam etiam et Theodotionem per יִרְרָצוּ veritatem indicari putauisse, ex translatione eorum apparet, quia, Flaminio Nobile auctore, pro vocabulis יָשַׁע כִּי non vt LXX ὃν ἐποίησε, quem populum fecit, sed ὅτι ἐποίησε, quod fecit

fecit illa omnia, quae erant praedicta, posuerunt, quam explicandi rationem Iobus etiam Ludolfus in Var. Lect. et Not. ad Psalterium Aethiop. p. 356 praeoptat. Vulgatus habet: *Et annuntiabunt caeli iustitiam eius populo, et in Cod. S. Germani a Pratis: Annuntiabunt iustitiam eius populo.* Hieronymus adscripsit: „Iustitiam eius, hoc est, „mandata illius.“ Arabs posuit *בכרה* *veritatem* siue *in-corruptam fidem*. Isaacides quoque vocabula *כי עשה* *quod fecit*, non ad *populum* refert sed ad *צדקה* *veritatem* siue *in-corruptam fidem*, addens: „Et indicabunt veritatem eius „populo nascituro, ipsum praestituisse illis veritatem.“ Ezrides docet, *צדקה* eadem hic sententia, ac Ps. 112, 9 adhiberi, de quo loco deinde agetur. Eques Ill. I. D. Michaëlis transfert: Sie werden kommen, und seine Wahrheit verkündigen, dem Volke, das künftig geboren wird, das er es gethan hat! Atque adscripsit: Nehmlich das was in diesem Psalm zum voraus verkündigt wird. Isidorus Clarius quidem Critic. Sacr. Tom. II. col. 1225 opinionem suam his verbis tradidit: „*Bonitatem eius*; „nam per hoc nomen absoluta bonitas accipitur. Illa ve- „ro iuris severitas *iudicii* nomine vocatur.“ Quam opinionem plerique recentiorum sequuntur interpretum, nulla alia addita ratione, nisi hac, significatum hunc ad loca quaedam, v. c. ad hunc locum atque ad 1 Io. 1, 9 egregie quadrare. Sed hoc argumento omnes vsi sunt, qui unquam diuinando novas vocabulis affinxerunt significationes, atque in eodem vsu linguae mortuae frustra quaesiverunt, qui vsus a recentioribus ementitus, est certe fallacissimus, quum errores etiam interdum cum coherencia sermonis conuenire videantur. Vid. Eques Ill. I. D.

Michaëlis in der Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgestorbene Hebräische Sprache zu verstehen, § 51. Veber die gewöhnlichen Mängel der Hebräischen Wörterbücher. Δίκαιος ergo 1 Io. 1, 9 non est *benignus*, sed *verax*, qui significatus vsu linguarum antiquiorum satis est fundatus. Sic Aethiops fere semper ponit קרָא vbi in Hebraeo Codice est קָרָא Pl. 19, 10. 25, 10. 30, 10. 31, 6, et in Graeco ἀλήθεια, Io. 1, 14. 17, 3, 21, 4, 23. Δικαιοσύνη etiam est Hebraeorum קָרָא veritas, fides. Gen. 24, 49: *Quod si iam solidam praestaturi estis pietatem καὶ δικαιοσύνην et fidem hero meo.* Ies. 38, 19: *Pater filios docebit τὴν δικαιοσύνην et fidem tuam.* Ies. 39, 8: *Sit, quaeso, felicitas καὶ δικαιοσύνη firma meis temporibus.* Ier. 42, 5: *Εἰς μέγιστα δίκαιον, testis verax.* Dan. 8, 12: *Vt prosternat ἡ δικαιοσύνη rem fidissimam humi.* Eodem significatu Theodoretus etiam vocabulum δίκαιος et δικάως adhibet ad Ezech. ab initio Tom. II. Opp. p. 669: *Οἱ μὲν τῷ σώματος ὀφθαλμοὶ σχημάτων καὶ χρωμάτων ἐδημιουργήθησαν δικασαί καὶ δικάωσιν, ὑγιαίνοντες μὲν, ἀρῆθως καὶ μάλα δικάως. Ἀδενῶς δὲ διατεθέντες, ἀμαρτάνουσι τῷ προσήιοντος, καὶ σφίδρα τῷ δικαίῳ λυμαίνονται ἢ γὰρ παντελῶς ἐχέωσιν, ἢ ἕτερα βλέποντες ἀνθ' ἑτέρων, ἔ διακρίνουσι δικαίως τῶν ἐρωμένων τὴν φύσιν.* Corporei oculi formarum et colorum constituti sunt iudices, et sani quidem recte ac verissime iudicant. Morbo autem affecti aberrant a legitimo, et verum valde corrumpunt. Nam aut plane nihil vident, aut alia pro aliis conspicientes, rerum visarum non vere discernunt naturam. Sic Hebr. קָרָא respondet ἀδικος Ier. 27, 14. 15. 16. 28, 15. 29, 9. 31. Symm. Prou. 10, 18. *Verum* contra apud Latinos est *aequum et iustum*. Vid. b. Gefneri Thesaur. L. L. IV, 986, 78.

Fd 6020 II

(2)

ULB Halle

3


003 772 209



7A-90C

WMA 2015







Q. D. E. V. 1770 8
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABVLI פתח EXPLICATIONE
XVII

EXAMEN VERNVM

DEO IUVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. II. III. ET IV. APRIL

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. V. ET VI. EIVSD. MENSIS
MDCCLXXXI

HABENDVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBYRGI, FORMIS AHLIANIS